

Lessus funebris in  
obitum ... dn.  
Johannis  
Flachsenii,  
hactenus in Regiâ  
un...

Flachsenius, Johannes  
Petrus Johannis

1700-1829 81 Cbza Fo1. 1708  
*Flachsenius*



National Library  
of Sweden

LESSUS FUNEBRIS  
 IN OBITUM  
 LUGUBREM ET LAMENTABILEM  
 BEATUM TAMEN ET FELICEM  
 VIRI  
 MAXIME REVERENDI & EXCELLENTISSIMI  
 DOMINI,

DN. JOHANNIS  
 FLACHSENI,

Hactenus in Regiâ Universitate Aboënsi  
 S. S. Theologiæ DOCTORIS & PROFESSORIS Primarii,  
 ARCHI-PRÆPOSITI Gravissimi, VICE-PRÆSIDIS  
 Consistorii, ad ædem Divæ Mariæ PASTORIS Vigilantissimi,  
 Parentis Indulgentissimi,

Nunc qua felicem animam inter cœlites beatissimi.

HORATIUS :

*Optima quæque rapit mors pessima quæque relinquit.*

Debiti doloris contestandi gratiâ,

*Conceptus*

â

FILIO OBEDIENTISSIMO.



**D**usca Tyranna tuam, gemebundo cor-  
de volutans  
Barbariem suspensa metu, mens æ-  
gra vacillat.

Herculeis torques, rutilantia tela lacertis  
Queis sacrum raptim, minitanti corripis omne  
Fato, fila trahens, genuinæ noxia vitæ  
Quæ sentina gravis! foedissima lerna malorum!  
Moerorū pelagus! scopulosis montibus umbræ  
Ut cito labuntur, sic præterit ocyus Euro  
Hora senescentum fugienti concita cursu.  
Quid referam Syllas? claros quid Marte Ca-  
millos?

Sustulit in viridi libitina hos barbara flore.  
Quid gentem fabiam? cujus terturbine centum  
Unica furva dies Martis demiserat Orco.  
Cujus barbariei quis inexpugnabilis obstet?  
Non pactolus habet, non Hermus turbidus auro,  
Quod refrænabit mortis volitantia tela.  
Scilicet usque ferox grassatur cæde cruentâ  
Nec fas terrigenis falcem vitare minacem.  
Pacis alumna quies nusquam. Cava panda se-  
pulchri

Ultima nostra domus, cūcti properabimus istuc.  
Sint labra Castalio quamvis madefacta liquore  
Sit quamvis Mida, sit Croëso ditior auri  
Pauperiorve Iro, Codro aut mendicior ipso  
Omnibus est penetranda tamen via mortis  
amaræ.

FLACHSENIi gelidum documento est cor-  
pus humandum  
Funereo cujus mandentur membra sepulchro  
Sarcophagus stricto, quem inimicus strave-  
rat ense

Tempore nocturno furtim; Proh! vulneris  
ictum.

Heu funesta dies, tetrâ fuligine squalens  
Cur pietate Virum celebrem demergis in urnâ  
Qui docuit vivus Sancti mysteria verbi  
Aonii instituit gentem resonante Chatedra,  
Canitiem summo niveam gestabat honore.  
Cum decies septem binos superaddidit annos,  
In CHRISTO placidè extinctus, jam lumina  
clausit.

Siccine tu peramande Parens, Celeberrime  
DOCTOR,

Gloria Theiologum cymbâ rapière Charontis?  
Actutum at Coeli stellata Palatia scandis,  
Orbatis linquens, lamentum cordis acerbum.  
Annon in terris tibi mansio grata fuisset?  
Subsidium quoddam potis esses ferre pusillis.

Ampla Professorum series Te moeret ademptū  
Concio clara senum & testatur sirmate luctum  
Conjugis ora madent lachrymarū flumine largo  
Jam jam jucundo quondam, viduata Marito.  
Ac nos lugubri maētamus funera fletu,  
Nec pigeat fulcā velatos veste jacentem  
Plangere Te, Genitor, Parcarum falce resectum.  
Quid tibi jam Lachesis factis protalibus optem,  
Parcere quæ nolles dulci furibunda Parenti?  
Sceptra verenda facis toti communia mundo.  
Noeniolis lucem quid prodest perpetuare?  
Nubila mæroris decedant: nil juvat altus  
Cordolii gemitus, moerentia pectora torquens  
Unica jam spes est remanent solatia mæstis:  
Non perit noster, superas sed transit ad aulas,  
Fulget ubi æternum, splendentis sideris instar  
Jubilat ante thronū nec fercula splendida desunt.  
Cumque seraphinā psallit sine fine Phalange!!!

JOH. PET. FLACHSEEN.



Impr. & Ic. Jo. W.